



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCXLII. Graf Heinrich von Blankenburg bekennt, daß er den Zehnten zu
Werdesleben, auf Veranlassung seiner Vasallen Bertold und Konrad von
Schöning, und der Gebrüder Gebhard und Heinrich von ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

CCXLII. Graf Heinrich von Blankenburg bekennet, daß er den Zehnten zu Werdesleben, auf Veranlassung seiner Vasallen Bertold und Konrad von Schöning, und der Gebrüder Gebhard und Heinrich von Alvensleben, zu Gunsten des Abtes vom Kloster Marienthal bei Helmstädt den Markgrafen Otto und Albert resignirt und dafür der von Alvensleben Zehnten zu Seehausen angenommen habe, am 6. November 1286.

Henricus, dei gratia Comes in Blankenburg, vniuersis presentes litteras auditoris Salutem in omnium Salvatore. Tenore presentium profiteamur, quod cum Decimam ville Werdesleue honesti homines Bertoldus miles et Conradus, frater suus, dicti de Scheninge, de manu nostra iure feudali tenuissent et nullus alius, ipsam integram cum omni iure, tam in Campo quam in uilla, ad promocionem venerabilis domini Reinoldi, Abbatis vallis sancte Marie, nobis integre resignauerunt. Nos autem ad petitionem honorabilium militum Geuehardi et Henrici, fratrum de aluensleue, ipsam decimam, nulli nisi nobis porrectam, dominis nostris feodalibus, illastribus, uidelicet principibus domino Ottoni et domino Alberto Marchionibus Brandenburgensibus, integram tam in agris quam in areis, cum omni iure resignauimus, recipientes a predictis militibus decimam eorum in Sehufen cum viginti tribus marcis Stendalensibus in restaurum. Testes huius facti sunt Bernardus de Papestorp, Albertus Spiegel, Johannes de Hornhusen, Milites, Geuehardus de Donstede, Henricus de Hornhusen, Sifridus de Hakenstede, famuli militares, et alii quam plures. Vt autem hoc factum nostrum in suo vigore stabilius perseveret, presens scriptum super eo confectum appensione sigilli nostri fecimus communiri. Actum in placito Emerberg*), Anno domini Millesimo CC°. LXXXVI, octauo Idus Nouembris.

Nach dem im Herzogl. Landeshauptarchive zu Wolfenbüttel aufbewahrten Originale. Bereits abgedruckt in Scheid v. Meel S. 384.

CCXLIII. Markgraf Albrecht von Brandenburg vereignet dem Johanniter-Orden zur Comthurei Mirow die Dörfer Dabelow und Kl. Karzstavel, am 17. November 1286.

In nomine domini Amen. Nos Albertus, Dei gracia Marchio Brandenburgensis, omnibus in perpetuum. Humana memoria, assidua mortis cogitacione negociorumque ac tractatum multitudinem infirmata, necesse habet, ut adiuetur uocibus testium ac testimonio litterarum ad hoc, ut acta mortalium robur alicuius obtineant firmitatis. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris publice protestando, quod proprietatem villarum Dabelowe et Karzstauel minoris, quarum villarum possessio fuerat Chotemar et Ottonis fratrum, damus seu donamus liberaliter Commendatori et fratribus sancte domus hospitalis Ierosolymitani beati Johannis baptiste et eorum ordini libere perpetuo possidendam.

*) Scheid hat Emberg.